



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

79 Ad Cardinales spectat electio Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Qui ex Monachis elegantur. Sacerdotes qua etatē eligendi. Apostolicus à quibus eligatur.

geslit, nec ulla corporis parte virtutis appetit, si ser-
vili, aut originariæ non est conditioni obnoxius, si curia
jam probatur nexibus ab solitus, si alectus est lite-
ras, fine quibus vix fortassis ostiarii possit implete mi-
nisterium.

¶ Si paenitentiam] Hinc usque ad finem adduta sum ex
epistola ipsa, ut melius percepatur nexus sequentia capiti. Nam
post verbum, ministerium, continenter apud Gelasium sequitur:
ut si his omnibus, que sunt predicta, fulcitur, continuo
lector, &c.

C. IX. ¶ De eodem.

Item eodem capite, & sequenti.

Monachus i vero novitus si morum honestate ful-
citur, continuo lector vel notarius, aut certe de-
fensor effectus, post tres menses existat acolythus: maxi-
mè si huic artas etiam suffragatur: sexto mense subdiaconi
nomen accipiat, ac si modestæ conversionis, hone-
stæque voluntatis existit, nono mense diaconus, com-
pleteoque anno sit presbyter: cui tamen quod annorum
intervallū fuerant collatura, sancti propositi sponte su-
cepta doceatur præstissime devote. ¶ Si a vero laicus
quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto
solicitorum in singulis, que superiori comprehensa sunt,
hujusmodi decet examinari personam, quantum inter
mundanam, religiosam vitam constat esse discrimi-
nis: quia utique convenientia ecclesie ministeria repa-
randa b sunt, non in convenientibus meritis ingredenda:
tantoque magis quod sacris aptum possit esse se levitas, in
corum querendum, est insitutus, quantum de tempore,
quo fuerant haec asseveranda, descriptum ut morum ha-
bere doceatur hoc probatas, quod prolixio confutatio-
ne non contulit, ne e per occasionem supplenda pen-
uria clericalis, virtus potius divinis cultibus intulisse d,
non legitimam familiæ Domini computetur procurasse
compendia. Quorum promotionibus, super anni metas,
sex menses nihilominus subrogamus: quoniam sicut di-
ctum est, distare convenit inter personam divino cultu
deditam, & de laicorum conversatione venientem. Que
tamen eatenus indulgenda credidimus, ut ecclesiis & ab
haec occasione cestantibus, canonum paternotum vetus
forma servetur.

¶ Monachus] Quando hic locus in originali habeat, pro-
xima superiore notatione indicamus est.

¶ Ut ecclesiis] Hec multo plenius à Gelasio exponuntur:
Vt illis, inquit, ecclesiis, quibus infestatione bellorum,
vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, re-
noventur: quatenus his, Deo proprio, restituuntur in ec-
clesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum
vetus forma servetur, nec contra eos ulla ratione prava-
leat, quod pro accidentis defectus remedio provideretur,
non aduersus scita majorum nova lege proponitur, ca-
teris ecclesiis ab haec occasione cestantibus, quas non simili
clade vaftas pristinam faciendis ordinationibus
convenit tenere sententiam.

DISTINCTIO LXXXVIII.

Quia vero sacerdos ordinari debet, Bonifacius i
ps. Papa deponit, dicunt.

¶ Bonifacius] Ceteri collectores citant ex de-
cretu Fabiani. Exstat apud Martinum Bracarensem Episcopum in
capitulo Graec. synod. cap. 20. ex Neocatarien. cap. 11.

C. I. ¶ Ante annos triginta presbyter
non ordinetur.

Si e quis triginta artis sua annos non impleverit,
nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit
dignus.

a Ibid. cap. 4. b al. deputanda. c al. nec. d al. intu-
lisse judicemur. e Polyc. lib. 2. tit. 20. Burch. lib. 2. cap. 10. Ivo p. 6.
cap. 30. Pauior. lib. 3. cap. 29.

C. II. ¶ De eodem. PALEA.
[Item in novellis in Authentica de sanctiss. Epi-
scopis. ¶ clericos apud Iulian. Antec.
conf. 125. cap. 19.]

Nemo * presbyter consecretur, qui minor trigesi-
annis sit: nemo diaconus fiat, qui minor viginti-
quinque annis sit: nemo lectoribus connumeretur, qui
minor xviii. annis fuerit: nemo inter diaconos conse-
cetur sacrosanctæ ecclesiaz, qui minor sit xl. annis, vel ad
secundum matrimonium pervenerit.

C. III. Non est ordinandus, nisi longo fit proba-
tus examine.

Iher. Leo Papa ad Episcopos Africanos,
epist. 35. cap. 1.

¶ Vid a est manus ciro imponere, nisi ante statem
matuorū, ante tempus examinantis, ante meritorum
obedientie b, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem
honorem tribuere non probatis? Et quid est communi-
care peccatis alienis, nisi ratiō effici ordinantem, quā
lis ille, qui non meruit ordinari.

C. IV. ¶ Ante triginta annorum statem pre-
ter non ordinetur.

Item ex concilio Neocatariensi, cap. 11.
¶ Presbyter e ante xxx. annorum statem non ordi-
natur, quamvis sit probabilis vita: sed observa-
usque ad præsumptum tempus. Dominus enim noster
Iesus Christus trigesimo anno baptizatus est, & unde
predicavit.

Hoc regulare est, unde & Christus, & Iohannes Baptista, & Es-
chiel, & numeri prophetarum non leguntur ante hunc tempus præ-
dictarum, vel predicatorum. Verum, quia Hieremias d. & Daniel
ante iuvenilem statem spissimam prophetie accepit legem, Davi-
d & Salomon in adolescentia uel iuvenientia, Iohannes etiam Eccl.
geliæ f, cum adiuuus esset adolescentem, a Domino in Apóstolum
etius, & cum aliis ad praedicandum missus inserviuit, Paulus g, q
que Apóstolus in adolescentia à Domino electus, & ad praedi-
cum missus affluit, ecclesiæ fratribus necessitate exigit, nomina
ante triginta annos ordinare consuevit.

C. V. ¶ Necesse est exigit xxvi. annorum presby-
teri ordinantur.

Unde Zacharias Papa, Bonifacius Episcopus, epि-
stola 6. eius initium [Benedi-
ctus Deus.]

¶ Triginta annorum non repertuntur, & necessitate
spoficit, a viginti quinq; annis & suprà levitz, & la-
dores ordinantur.

DISTINCTIO LXXXIX.

Apostolicus autem non nisi à Cardinalibus, & religi-
osis clericis est intronizandus.

C. I. ¶ De eo, qui sine concordi Cardina-
lium electione intronizatur.

Unde Nicolaus Papa II. sit in epistola, qua
synodus a se Roma habitan re-
solvit, cap. 1.

¶ Si quis i Apostolica fedi sine concordi & canitu
electione Cardinalium ejusdem ecclæsæ, ac deinde
quædam religiosorum clericorum intronizatur, ex
Papa vel Apostolicus, sed apostolicus habeatur.

¶ Si quis] Verba Nicolari epistola, que in votu
conciliorum imprefci post decretum Nicolai I. haberet, hac
Primo namque inspectior Deo est statutum, ut car-
dio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Ep-

* Polycarp. lib. 2. tit. 27. a Sup. dist. 6. cap. mitram, q
quid est cito. b al. laboris. c Anselm. lib. 6. cap. 34. 107.
cap. 105. Poly. lib. 2. tit. 27. Anselm. l. 7. c. 95. Tann. l. 5. c. 29. S. Gregorius
in Ezechiel Homil. 2. d Hierem. 1. e Dani. 1. f Matthei
g. Actori. 7. h Polycarp. lib. 1. tit. 4. Anselm. lib. 6. cap. 15. j.
se quis peciora.

scoporum

Iscoporum sit: ita ut si quis Apostolica sedis sine praemissa concordi & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, & laicorum consensu inthronizatur, &c. Idem serere habetur ad finem illius scriptoris, & restur infra eis quis pecunia.

C. II. ¶ Papa superflite, eo inconsulto, de elecione futuri Pontificis nemo audeat loqui.

Item Symmachus Papa in synodo Romana pri-
ma, cap. 3. & 5.

II. Si quis a, Papa i superflite, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo favorem praestare convincitur, loci sui honore, vel communione privetur. Si quis presbyter z, aut diaconus, aut clericus, Papa in column, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commendare, aut pietatis promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventus factis deliberare, atque decernere, loci sui dignitate, atque b, communione privetur. & infra c. Propter occultas fraudes, & conjurationum secretas infidias, quas hujus sententia distinctionis consequtitur d, si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc synodus de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conciverit, participes actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneracione, qua non indigna sit, subleyetur. Vniverfa synodus, &c.

i. ¶ Si quis Papa] Initium hoc usq; ad versiculum, Si quis presbyter, est caput secundum suggestionem Fulgentii archidiaconi Romana Ecclesie: quod una cum tribus aliis capitulis, in tomis conciliorum, praedicti primam, vel secundam synodus sub Symmacho Papa, In codice vero canonum præsumuntur his verbis: Tituli decretorum Papa Symmachi numero quatuor. 2. ¶ Si quis presbyter] Hec sunt propria verba capituli 3. ipsius synodi, quod est secundum in codice canonum.

C. III. ¶ In Apostolatus culturam nullus nisi ex Cardinalibus promovetur.

Item ex concilio Stephani Papa III. [Deusdedit addit, habito in basilica Constanti-

niana, Alt. 3.]

Oportebat e, ut hæc sacrofancia domina nostra Romana Ecclesia (juxta quod à B. Petro, & ejus successoribus institutum est) ritè ordinaretur, & in Apostolatus culmen unus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis consecraretur.

C. IV. ¶ De eodem.

Item ex eodem.

Vllus f unquam laicorum, neque ex alio ordine presumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad faci Pontificatus honorem promoveri.

¶ In Pontificalibus manuscriptis, uno Vaticano, & altero Cardinali, Sireli in vita Stephani Papa III, referendo synodus ipsius tempore habilitat, hac leguntur ad caput hoc pertinentia: Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquidò prescrutatis, prolatæ est sententia ab eodem sacerdotali concilio, sub anathemate interdictis, ne nullus unquam presumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad faci Pontificatus honorem promoveri: & alia plura, qua canonica indigebant correctione, in eodem concilio statuerunt emendanda.

a Bur. l. 1. c. 223. Ivo p. 3. c. 336. Poly. l. 1. tit. 4. Anselm. l. 6. cap. 1. al. vel. c. 5. c. Poly. l. 1. id. d. al. persequeurur. e Deusdedit ibid. Anf. l. 6. c. 25. Poly. l. 1. tit. 4. f. Deusdedit ibid. Poly. l. 6. c. 24. g. Anf. l. 6. c. 24. h. Anf. l. 6. c. 24. i. Anf. l. 6. c. 24.

C. V. ¶ Anathematizetur Episcopus, Monachus, vel laicus Romanam Ecclesiam invadens, & in gradum filiorum eius prorom- pens.

Item ex eodem.

III. Si quis ex Episcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonum, & sanctorum patrum statuta prouerpens, in gradum filiorum sancte Romana ecclesie, id est, presbyterorum Cardinalium, & diaconorum ire præsumperit, & hanc Apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis tentaverit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi, & sibi faventibus fiat perpetuum anathema. & infra. ¶ Si quis resisteret præsumperit sacerdotibus, atque primatibus ecclesie, vel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum Pontificem secundum canonican & traditionem, anathema sit.

¶ Deudedit presbyter Cardinali ritulus Apostolorum in Endoxia, par. 2. cap. 131. refert multa ex synodo habita à Stephano tertio, in quibus hoc integrum continetur.

C. VI. ¶ Anathema sit, qui canonica elec-
tioni Romani Pontificis contradic-
ere præsumperit.

Item ex concilio Leonis Papa IV.

IV. Si quis ex sacerdotibus, seu primatibus nobili-
bus, seu cuncto clero sanctæ Romanae Ecclesie, elecione Romani Pontificis contradicere præsumperit, sicut in concilio Bonifacii, & Stephani Papa legitur statu-
tum, anathema sit.

C. VII. ¶ Nullius Episcopi fiat electio, nisi post
diem tertium depositionis aite-
rius.

Item ex concilio Bonifacii Papa III.

2. N illus d, Pontifice Romano vivente, aut Episco-
ps po civitas sua præsumat loqui, aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis ejus, adunato clero, & filiis ecclesie, & tunc electio fiat.

3 pars. Sed queritur, si duo concertantium temeritate electi fuerint, quis eorum alteri preferendus sit? De his ita scribit Honorius Augustus ad Bonifacium Papam.

C. VIII. ¶ Si temeritate concertantium duo
fuerint ordinati.

S i duo fortè contra fas temeritate concertantium f
uerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede Apostolica permansurum, quem ex numero clericorum, nova ordinatione divinum iudicium, & universitatim confensus elegerit.

4 pars. Hoc autem capitulum g non de eo intelligendum est, qui non per apostoliam ordinata, à Cardinalibus & religiosis clericis Apostolice sedi inthronizatur, etiam si ille apostolicus ita carbo-
ram B. Petri violenter tenerit, ut canonica electio in Urbem fieri non valeat.

C. IX. ¶ De eo, qui per pecuniam, vel popu-
lari tumultu, non canonica electio-
ne ordinatur.

Unde Nicolaus Papa II. in concilio Romano h
statuit, dicens.

V. Si i quis pecunia, vel gratia humana, vel popu-
li, seu militari tumultu, sine concordi, & canoni-
ca electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum,
ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum
fuerit Apostolica sedi inthronizatus, non Apo-

a Deudedit ibid. Anselm. l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Rom. manuscr. b al. hanc canoniam. c Deudedit ibi. Anselm. l. 6. c. 28. d In Pontif. Rom. manuscr. Anf. l. 6. c. 22. Deudedit p. 1. e In tomis conciliorum inter epistolam Bonif. 3. diff. 97. cap. 2. Victor Honorius. f certantes.] orig. g Anf. lib. 6. cap. 17. h In fine, i supr. serere idem disce. ca. si quis Apostolicus. Anf. l. 6. c. 16. Poly. l. 1. tit. 4. Ivo p. 4. c. 8.